



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

199. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De eadem re. *Ex Concilio Carthaginensi,*
capit. CXLVII.

CXCVII. Sacerdote in Ecclesia verbum
faciente, qui egressus de auditorio fuerit, ex-
communicetur. Concil. Car-
thag. 4. c. 24.
Burchard. lib.
2. c. 66.

Ut sacrarium mulieres non introeant. *Ex
Concilio Laodiceno.*

CXCVIII. Quod non oporteat mulie-
res ingredi ad altare, & ea contingere quae vi-
rorum officiis deputata sunt. [Vide lib. 7. Ca-
pitular. cap. 134. 175. 189. & Capitulare Theo-
dulfi Episcopi Aurelian. cap. 6. Capitulare
Ahytonis cap. 11. & Capitula ejus cap. 16.] Concil. Lao-
dic. c. 44.
Burchard. lib.
3. c. 100.

Ex epistola Leonis Papæ.

Nihilominus impatienser audivimus tan-
tum divinarum rerum subiisse despectum ut
feminæ sacris altaribus ministrare firmentur,
cunctaque non nisi virorum famulatui depu-
tata sexum cui non competit exhibere. Decreta Ge-
laf. c. 26.
Burchard. lib.
3. c. 101.

De eadem re. *Ex Concilio Torunensi.*

CXCIX. Dictum est nobis quod quidam
Presbyteri, celebrata Missa, detrectantes ip-
si sumere divina mysteria quae consecrarent,
calicem Domini mulierculis, quae ad Missas
offerunt, tradunt, vel quibusdam laicis, qui
djudicare corpus Domini nesciunt, id est, dis-
cernere inter cibum spiritalem & carnalem.
quod quantum sit omni ecclesiasticae religioni
contrarium, pietas fidelium novit. Unde om-
nibus Presbyteris interdicimus ut nullus im-

G iij

posterum hoc facere præsumat ; sed aut ipse cum reverentia sumat , aut Diacono vel Subdiacono , qui ministri altaris sunt , colligenda tradat . Illud etiam adtendat , ut eos propria manu antè communicet . Nulli autem laico aut feminæ eucharistiam in manibus ponat , sed tantùm in ore cum his verbis : *Corpus & sanguis Domini profit tibi ad remissionem peccatorum & ad vitam æternam* . Si quis hæc transgressus fuerit , quia Deum omnipotentem contempnit & quantum in ipso est inhonorat , ab altari removeatur .

Ut omnis Presbyter qui Ecclesiam regit , thuribulum & incensum habeat .

Vnde supra.

C C. Ut tempore quo evangelium legitur ,
Burchard. lib.
3. c. 217. ex
Concilio Ro-
tomag. c. 1.
& finito offertorio , super oblationem incen-
sum , ut in mortem videlicet redemptoris , po-
natur .

De prædicatione Presbyterorum . *Ex Capit.*
lib. tit. LXXVI.

Lib. I. Capi-
tular. c. 82.

* *Editio Hel-*
mæst ad. nova
aut inusitata
aliqu.

C C I. Sed & unicuique vestrum videndum est , dilectissimi & venerabiles pastores Eccle-
siarum Dei , ut Presbyteri quos præmittitis per parœchias vestras ad regendum & prædi-
candum per Ecclesiæ populum Dei , ut hone-
stè prædicent , & non sinatis * nova vel non
canonica aliquos ex suo sensu & non secun-
dùm sacras scripturas fingere & prædicare po-
pulo . Sed & vosmet ipsi utilia , honesta , & re-
cta , & quæ ad vitam ducant æternam , prædi-
cate ; alios quoque instruite , ut hæc eadem
prædicent .